

Folium 2 vii

e **Ja** recolamus laudibus pijs digna.

Huius diei carmina in qua nobis lux oris gratissima

Floctis interit nebula. pereunt nostri criminis umbracula

¶ **I**stud est canticum tertium quod cantatur in laudem dei tempore natiuitatis christi. Et diuiditur in duas partes. In prima parte horatur nos ad laudem dei. Secundo facit quaedam exclamationem ad naturam deitatis unitam humanitati. scilicet ibi **Q** culpa nimium breui dices (**Eya**) quod est aduerbium letitiae aut potius horatur. scilicet nos christifideles (recolamus) id est reperamus (pijs) .i. religiosus (laudibus digna carmina) .i. cantica (huius diei in qua oritur nobis gratissima lux) .i. christus qui est vere lux illuminans omnem hominem uenientem in hanc mundum ut dicit **J**ohannis primo. et in qua die (nebula) .i. obscuritas et error (noctis) id est veteris testamenti (interit) .i. interimitur. et (umbracula) .i. grauamina (nostri criminis) .i. peccatorum nostrorum (pereunt) .i. deficient sive destruuntur. **N**otandum autem in ista etiam facit primo horatur nos ad laudem diuinam cum dicit **Eya** recolamus. Secundo ostendit solentiam huius festi cum dicit lux oritur. Tertio ostendit efficaciam natiuitatis christi cum dicit. Noctis interit nebula. De primo dicit **Esaie** .lv. **H**ores et colles carabunt coram deo laudem. **H**ores .i. contemplantium. et colles .i. humiles actiui. **R**atione huius assignat beatus **A**mbrosius in prefatione. Qui in gratus fuerit christi in natiuitatis indignus erit fructu eius passionis merito. De secundo dicit beatus **G**regorius. **A**utor lucis insupabilis et interminabilis hodie nobis viam salutis preparauit. **C**irca quod nota quod quadruplex est via per quam christus ambulauit. **P**rima fuit de celo in uerum virginis per hanc preparauit nobis viam humilitatis. **M**agna enim humilitas esset si quis vestem purpuream regeret vili sacco. et hoc fecit christus saluator noster quando suam diuinitatem nostra humanitate occultauit. **S**ecunda via fuit ex uero virginis in mundum per quam preparauit nobis viam patientie et paupertatis. quia ipse uoluit nasci in domo communi non habens hospitium proprium. quare dicit **G**ulphes foueas habent et volucres celi nidos. filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum. **T**ertia via fuit de mundo ad crucem. per quam preparauit nobis viam dilectionis et passionis. **M**agna enim dilectio erat et signum maxime dilectionis ut christus tam crudelem mortem pro nobis pateretur. unde de eo scribitur. **A** planta pedis usque ad verticem non est in eo inuenta sanitas. **Q**uarta via fuit de cruce ad infernum. de quo sanctos patres eduxit. per hanc preparauit nobis viam pietatis. **M**agna enim pietas esset si aliquis captiuum a vinculis liberaret. sic christus sua passione nos ab eterna damnatione liberauit et redemit. **D**e tertio dicit beatus **G**regorius. quod tam efficax fuit natiuitas christi ut angeli pleno gaudio in celis. dyaboli in inferis cruciatibus in inferno. et homines perpetua libertate in hoc mundo redudabunt. **N**ota circa declarationem terminorum **Eya** est aduerbium. **S**ed oritur est uerbum deponentale coniugabile in tertia uel in quarta coniugatione. **I**tem interit componitur ab inter et eo. scilicet uulter pereat proposita per et eo. **I**nde peritus altera breuis. id est destructus